



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Corpus Doctrinae Christianae

Melanchthon, Philipp

Lipsiae, 1572

VD16 M 2890

Qvare Necesse Est Retineri exclusiuam, Sola fide, seu Gratis?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

doloribus, quæritur remissio peccatorum & reconciliatio. De hoc peccat dimittat conscientia. Ideo Actor. 10. dicitur: Huic omnes Prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere nomen eius, omnes, qui credunt in eum. Sic clamat Propheta: Miserebumini me fac propter misericordiam tuam. Etsi autem verum est, hæc consolatio, cum fide eriguntur corda, & retrahuntur ex mîris, simul dato Spiritu sancto incoari obædientiam & habitare Deum corde tenato: tamen semper hæc consolatio præluceat, quod nichil placeat propter mediatorem. Ideo iustificare primum hæc significat ex reo non reum facere, & hanc relationem in verbo iustificacionis apprehendit Paulus, cum inquit: Iustificati fide pacem habemus. Et notatur fides obædientia Christi, non propria novitate. In infinitum anticipanda est Christi obædientia nostræ novitati, sicut Paulus inquit: Iustificati sanguine ipsius.

**QVARE NECESSE EST RETINERE EXCLUSIVAM, Sola fide, seu Gratis?**

**PRIMUM** ut tribuatur honos debitus filio Dei, quod hæc sola hostia sit precium propitiæ, iuxta dictum: Hic est agnus Dei qui tollit peccata mundi.

**SECUNDO**, ut conscientia habeant firmam consolationem, iuxta dictum Rom. 4. Ideo ex fide gratis, ut sit firma promissio. Si tenueretur remissio ex dignitate nostrorum operum, semper elucteretur certa, & opprimerentur perterritæ mentes desperatione.

**TERTIA** causa est, ut conspiciatur discrimen legis & Evangelij, quia particula gratis fide propter mediatorem præcipua distinguit legem & Evangelium.

**QUARTA**, ut invocatio fieri possit, quæ impeditur conspectu nostræ infirmitatis. Ideo accedendum est ad Deum fiducia solius mediatoris, iuxta dictum: Per hunc habemus accessum. Item Ephes. 3. In hoc habemus fiduciam & accessum confidentia per fidem eius &c.

### DE BONIS OPERIBVS QVÆSTIONES TRES.

**I. QVÆ opera docenda & facienda sint.** **II. QVOMODO** placeant Deo. **III. An** manean in sanctis peccata in huius vita, & quæ peccata.

**I. QVÆ OPERA DOCENDA & facienda sunt?**

**RESPONDEO.** Præcepta in Decalogo recte intellecta, iuxta dictum Eze. hielis 20. In præceptis meis ambulate, & facite ea. Deum enim Deus immensa bonitate etiam uocem legis moralis in Ecclesia